Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift

censura correctionis muenta. ab illis facies quasi rebelles aui
timus. Sanctorum varia exempla ante oculos nostros ꝓposita.
ipsa quoque imitari contumaciter recusamus. immeditatione nrae
seculi sollicitudines. cui de salute nostra agitur causamur. Leopol
di nobilis principis iugati ac multorum filiorum ac subditorum cu
ra irretiti. clarissimo exemplo admonemur. vt omni excusatione
semota. per hec temporalia ita caute ambulemus. ita sancte
nos exerceamus. vt eterna non amittamus. allecti spe momentanee
huius ꝓsperitatis. perpetuitate glorie celestis non fraudemur.
sed mundi molestias. illecebras aut dignitates contemnendo. ad
celestem patriam totis viribus contendamus. Huius sancti leopoldi
sanctimoniam deus omnipotens mirabilibus miraculis ad eius muta
tionem editis comprobauit. miraculis ꝓfecto. que tum in facti substan
cia. tum in eo quod factum fuit. tum in modo faciendi et ordine.
vim et potestates nature excesserunt. Quis enim non miretur. cui audi
at per dei eterni misericordiam. implorato leopoldi auxilio. paraly
ticos. arreticos. febricitantes. podagra labrantes. pristine valitudi
ni illico restitutos? Quis non magnalia dei in hoc sancto agnoscat.
cum videat intercessionibus eius claudos recte ambulasse. aposte
matibus mortiferis infectos liberatos. in carceribus constitutis pedi
cis manicisque vinctum. per foramen vnde hominis impossibilis exi
tus erat eductum euasisse. in variis vite periculis positos illesos serua
tos esse? Quis non tota mente obstupescat. et deo optimo maximoque
precamia manifesta dicat. cum liquido deprehendat meritis ac precibus
huius sancti viri mortuos suscitatos. mutos loquendi facultatem ad
eptos. cecos illuminatos. surdis auditum restitutum esse? Haeccma sint hec
sctitatis et diuine approbationis signa. humanae expectationis ac spem exce
dencia. et tm clarissimis documentis comprobata sunt. quinymmo ab an
no cristi millesimocentesimo et trigesimosexto. quo leopoldus vita functus
ex terris ad celestem ierusalem transiuit. in nra vsque tempora et pre
sentem diem magis atque magis manifestata. mira de illo mentibus
hominum in austria percipiuntur. et per omnem danubii ripam deuotio
celitus infunditur. Incredibile dictu quanta cum veneratione corpus
eius qd in monasterio beate semper virginis et matris dei marie ab
eo condito. in loco quod nouclaustriburgum appellatur. pritauien
sis diocesis sepultum est a xpi fidelibus visitetur. quibus votis celebre
eius memoria. memoratu difficile esset. Quot et quantis tabellis et
imaginibus illi dicatis exornetur. quanta luminarum copia plustre.